

& in hoc provifum est jam ex dictis capitulis per me relatis *super l. 1. eod.* quod agendum fit. Sic & fecundum eundem Benvenuto *ubi in supra in 6. parte numero 20.* dilacione quinquennial. gaudet mercator ꝛ fortuna adverfa prolapsus, & cadens qua quidem dilacione non gaudebit ille qui de-coquit, & bona occultat, & sic ex Benvenuto *ubi supra in dist. 3. parte num. 2. & 3.* triplex est genus horum mercatorum, ꝛ unum, de quo *hic*, scilicet in labente fortuna lapsus absque vitio ipsius mercatoris, secundum in labente ex vitio suo, & partim ex fortuna, & in iis ex *legibus precedentes*, & ex nostra provifum est de forma, & modo contra eos procedendi, & in capitulis illis per me in l. 1. *supra eo* relatis.

IN LEGEM SEXTAM.

Novus ordo servandus contra mercatores se absentes, & Ecclesiam ingredientibus & ad eam vel alibi confugientes constituitur à lege nostra.

SUMMARIUM.

1. Assignatur ad legem istam verus intellectus.
2. Causillo de Bovadilla reprehenditur & bene.

IBI. *Aunque no se prueve ꝛ ni conste aver alcado sus bienes, ni sus libros.* Ampliantur dispositiones legum disponentium circa mercatores abscondentes bona & libros, & cum eis se absentes & ad Ecclesias & Monasteria vel alibi confugientes & se occultantes, quorum pacta, conventiones, & transactiones cum suis creditoribus facta annullantur, ut ex l. *nostra*, idem fit si tantum se absenterint, fregerintve credita sua, etiam si bona & libros non absconderint, horum enim conditiones sic regulandæ sunt, sicut eorum, qui se & bona & libros occultaverunt ac sublevarunt, quoad hoc ut eorum pacta, conventiones, placita ac transactiones cum suis creditoribus facta nulla sint, nulliusve roboris ac firmamenti, & nihil obtent, quin creditores possint super debitis illis petere ac prosequi justitiam suam sicut si pacta hæc & transactiones facta non fuissent, & consequenter quoad hoc, & ne debitores ex hoc exculentur à debitorum solutione reputantur ex lege nostra tanquam sublevarores bonorum & librorum, ac occultatores eorum, vulgo, *alcados*, non tamen quoad hoc ut habeantur tanquam publici derobatores, ut in *glo. sequente* dicemus, imo & addit lex nostra, quod debent in carceribus detineri, & ab inde extrahendi non sunt donec litigia creditorum finiatur, & compromissa, & conventiones adimpleantur, ut per legem sequentem videbis decisum.

Excepto en quanto ser avidas por publicos robadores. Maximi effectus sunt hæc verba, non enim poterunt ab Ecclesia ubi fugerunt extrahi, ut diximus in l. *fin. titul. 13. lib. 1. supra* vel de debitoribus fugientibus ad Ecclesiam an ab ea extrahi possint, conclusimus quod non, nisi sint mercatores *alcados* qui cum tanquam derobatores publici judicentur, dicta immunitate non gaudent, etiam si novissime non hæc considerans & legum substantiam, aliud contra nos & male, & contra Ecclesiarum immunitates & contra communes ac veras opiniones indistincte teneat Castillo de Bovadilla, in sua *Politica de Corregidores lib. 2. cap. 14. num. 62. usque ad 69.* contra cujus opinionem verba hæc nostri text. urgentissime faciunt, ad quid enim mali adaptari possunt, quam ad Ecclesiarum immunitatem: urgentissimaque fundamenta in illa l. *fin.* etiam adduximus contra suam opinionem, & casus in facti contingentia accisos, ubi sic fuit judicatum, & ipsemet in *num. 69. dicto* tenet debitorem Principis gaudere immunitate Ecclesiæ.

IN LEGEM SEPTIMAM.

Mercatores & negotiantes, & campsores, seu factores compromissi, & pacta facientes cum suis creditoribus incarcerandi sunt, neque ab inde extrahendi usque dum lites finiatur & compromissa, & conventiones adimpleantur legis nostre tenore servato.

SUMMARIUM.

1. Antequam pacta compromissa sint in executionem redacta complures & mercatores detrahendi sunt in carcerem, & non sunt detrahendi usque quo lites finiatur, usque ad *num. 2.*

IBI. *Sea preso, y este en prisiones en la carcel publica.*

Ampliant hæc verba legis precedentis dispositionem, non tamen eam minuunt, neque corrigunt in aliquo, & pondera verba illa, *sea preso y con prisiones*, copulativè loquentia, ita ut non sufficiat esse in carcere, nisi & adsit cum ligaminibus, prout leges de blasphemio loquentes disponebant, neque sufficere & cum ligaminibus, nisi & detentus in carcere sit: hæc enim copula nostri text. denotat & justè, ut fraudibus ac technis mercatorum & campforum finis imponatur, & restringantur eorum malitiæ & cautele.

Ibi. *Fianças legar, llanas, y abonadas.* Et sic juratoria cautio non sufficere, prout iis verbis attentis, & circa ea in libro tertio *supra* remanet dictum, *Lex 15. titul. 21. lib. 5.* loquens de videnda minori moneta non indiget commentatione.

TITULUS



TITULUS VIGESIMUS PRIMUS.

De las ordenanças que han de guardar los oficiales en la labor de la moneda, y de sus derechos.

ET quia in titulis precedentibus de cambiis, contractibus, campforibus & contrahentibus dictum est, quæ quidem omnia pecuniis agenda & conservanda sunt, & cum superiori titulo de domibus ubi moneta cuditur & officialibus & exemptionibus dictum sit, & quia ut sciant quid faciant & facere debent, ordinationibus est designandum, ideo subsequitur nunc titulus noster de iis tractans.

IN LEGEM PRIMAM.

Aurea moneta qualiter sit fabricanda lex hæc declarat.

SUMMARIUM.

1. Monetam quis possit facere vel cudere & mutare.
2. De falsa moneta & ejus auctoribus puniendis remissive.

IBI. *Se labre moneda.* Quis possit monetam ꝛ facere, ultra *glos. batr. in l. 2. tit. 1. partita 2. & glos. cog. l. 22. titulo decimo tertio, eadem partita*, videndus est Math. Afflic. in *præcludis constituit. Sicil. quest. 16. per totam*, ubi & declarat quis possit eam mutare, de quo ultimo an princeps possit mutare verum valorem monete, tradit & Covar. in *tractat. de vere. num. cap. 7. numero sexto*, & in *8. uni illius partita septima*, optime tractat an obligatus solvere in una moneta possit in alia solvere, de quo in hoc tomo dictum est jam & in l. *6. infra isto titulo*. Et de falsa moneta & ejus auctoribus puniendis, ultra DD. in *locis ordinariis, tam de jure civili, quam partitarum*, videndus est Covar. ubi *supra cap. 8. per totum*, & Afflic. ubi *supra lib. 3. rubr. 40. per totam*, & ibi optima dicit in hæc materia.

Azevedo in Recopilationem Tom. III.

IN LEGEM SECUNDAM.

Moneta Argentea qualiter est fabricanda.

IBI. *Sesenta y siete reales en cada marco.* Eam ad hoc allegat Covarrubias de *numismate, capite 2. columna 2.* ubi numero tertio, inignia hæc depinxit, quæ in regalibus apponuntur.

IN LEGEM SEXTAM.

Debitores possunt debita sua solvere in qualibet ex monetis in legibus precedentibus declaratis.

SUMMARIUM.

1. Moneta alia si currit tempore solutionis quam currebat tempore contractus, quomodo fiet solutio, ubi quid si ex testamento aut statuto debeat.
2. Mutuavi si tibi in auro, an possis solvere in argento, ubi quid si valor creverit, vel decreverit.
3. Solutio an possit fieri in qualibet minima moneta.

IBI. *De la que agora nos mandamos labrar.* Quid tamen si tempore solutionis ꝛ alia currit moneta deteriorata vel diminuta, fiet ne solutio secundum

LII ij

secundum assimationem antiquam, an vero secundum novam, vide optime Abb. & eius additionem in *capitulo numero 12 de iure iur.* & *n. 13.* & *14.* quid si ex testamento, aut ex statuto debeat, & *n. 15.* an si tibi in auro mutuavi * possis solvere in argento. Et quid si valor creverit, vide *Per. Costalium in l. res in dotem datae ff. de iure dot. ubi* & quid si decreverit, & in utroque casu in eadem moneta summam esse restituendam dicit, nam incrementum vel decrementum ratio habenda non est, nisi ubi adest mora, & ita in utroque casu ex facto dicit servari Guido Papae, *decis. 493.* & ita Parisius iudicari inquit Parisius, *ubi supra* dum tamen secundum eum *ibi* vetus moneta adhuc in usu sit, sed si non sit, veram tunc iudicat opinionem existimantium, veteris monetae assimationem solvendam esse, & late de iis per Covar. *ubi supra d. §. unic. capit. 7. numero 21. & sequent.*

Ibi *quod* *mas* *quisere.* Hic est text. singularis probans quod solutio debitorum potest qualibet minima moneta fieri, quem ad hoc nunquam ulque dum haec scripseram vidi per aliquem ponderatum, & in senatu Parisiensi ita fuisse declaratum testatur Reb. *1. sermo consil. Fran. tit. de lit. obi. art. 5. gloss. 1. num. 3.* & hoc secundum eum *ibi* si tantum datur in moneta minuta quod aequaleat debito, sicut in alia daretur, monetam tamen alterius Regni, secundum eum *ibi*, non cogetur creditor recipere; & de hac materia late agit Covar. *in d. §. unico, n. 1. & sequentibus.* & alibi in hoc tomo dictum remanet, scilicet in *l. 9. tit. 11. supra ista libra* & Covar. *in d. tit. de numismate* pro istius tituli declaratione & trium sequentium videndus est, ut deveniamus ad titulum finalem qui est finalis.



TITULUS



TITULUS VIGESIMUS QUINTUS.

De la tassa del pan.

Etitulus hic cum sit finalis difficulter continuari potest ad praecedentes, nisi dicamus quod legislator agens in titulis praecedentibus de emptionibus & venditionibus & monetis, & utrumque in pane concurrat, eo quod emitur & venditur & in moneta solvitur a communiter accidentibus, ideo titulus noster in fine apponitur taxam imponens emptioni & venditioni panis.

IN LEGEM PRIMAM.

Taxatur pretium panis cocti vel in grano, & aliarum sementium.

SUMMARIUM.

- 1 Subditus regni vendens extra regnum an comprehendatur lege nostra taxa panis.
- 2 Pena vendentis contra pragmaticam non habet locum nisi demum perfecta venditione, ubi n. tertio, an emptor tunc comprehendatur.
- 3 Delictum omne ut puniatur debet esse confirmatum.
- 4 Excedens a taxa etiam in modico puniendus est, ubi quid in conscientia taxa est servanda.
- 5 Venari aut piscari sine peccato an liceat in mensibus prohibitis.
- 6 Ludere contra legis dispositionem an sit peccatum.
- 7 Licentia iudicis & necessitas non excusabit a peccato in lege nostra.
- 8 Mutuare frumentum tempore quo valet decem an & recipere tempore cum valet triginta, licitum sit.
- 9 Lex si condemnationem requirit, non est lata sententiae sed ferenda.
- 10 Pena nostra legis an contra haeredes transferatur.
- 11 Panis venditus ultra taxam si est consumptus an legis nostra poena locum habeat.
- 12 Emens ultra taxam a quo civitas pro tanto extraxit triticum emptum, an tenebitur talis emptor a quo retrahitur poena nostra legis.
- 13 Saccus in quo frumentum portabatur an publicabitur.
- 14 Navis confiscata, non censetur confiscata scapha.
- 15 Frumenti aut tritici appellatio an farinae Azavedo in Recopilationem, Tom. III.
- 16 Revenditio non fit, si triticum in pane coctus vendatur.
- 17 Statutum prohibens extraktionem frumenti an extendatur ad farinam.
- 18 Panis coctus taxari debet a iudicibus & rectoribus civitatis.
- 19 Clerici ratione publica & communis utilitatis compelli possunt contribuere, ubi & per quem tunc punietur clericus excedens.
- 20 Ecclesiastici plus tenentur subvenire publicis necessitatibus quam laici.
- 21 Publica utilitatis ratione compellitur quis vendere & tunc ut ibi licitum est rectoribus horrea visitare, & numero 25. persequitur.
- 22 Religionis favore compellitur quis vendere.
- 23 Vendere si quis se adstringat per promissionem debet cogi vendere.
- 24 Canceia ad cogendum aliquem ad vendendum.
- 25 Rustici possunt venire ad civitates pro victualibus portandis, dum tamen ne detineantur multum.
- 26 Resp. si habet unam emat victualia emet ea, sin minus cives colleclabuntur pro provisione publica ne pereant pauperes sine quibus perfecta resp. vel civitas esse non potest, ubi an nobiles ad hoc possint compelli.
- 27 Iudex & decuriones civitatis solent nominare personas qua vadant ad emendum triticum & alia ad provisionem publicam necessaria a quo nemo se potest excusare.
- 28 Animalia singulorum capi possunt pro portando frumento & victualibus solito pretio ex publico.
- 29 Decuriones taxare possunt quantum panis cocti quolibet die vendatur.
- 30 Frumentum extrahi potest libere de civitate vel populo, dummodo secundum aliquos sit prius civitas provisiva.

32 *Triticum mutuum si non solvatur in termino, an possit peti majus pretium.*

Ibi, *En todos estos Reynos.* Et sic subditum nostri regni extra illud * ultra hanc taxam vendentem non comprehendit lex nostra, neque ejus pena afflictiur, ut per Mexiam, in presenti conclusioni §. 5. numero 91. cum 2. sequentibus pag. 86.

Ibi, *Si se venda.* Hæc verba sunt ponderanda ad probandum legem nostram actus consummationem requirere, ita ut venditio ad ejus incursam sit perfecta, neque ꝑ sufficiat plus peti, neque de venditione tractari, nisi perficiatur, ex dictis per Cæpolum, in l. si fugitivus, non 9 cum aliis sequentibus C. de ser. fugit. & melius in l. quis sit fugitivus, in prin. per totum, maxime num. 9. & sequentibus C. de adit. edic. & ex dictis per nos in hoc tomo, & jura optima pro hoc allegat Mexia, in presenti, fol. 130. col. 4. nam delictum commissum adversus legis nostræ prohibitionem, & omne aliud delictum à jure punibile debet esse consummatum, ꝑ ex latè dictis per Did. Per. lib. 1. Ordin. col. 145. & Avend. cap. 27. prat. num. 11. lib. 2. & in hac lege in glossa pedir, iterum repetemus. Et an emptor in hoc casu comprehendatur et eadem pena puniatur, dic quod non, ex text. & ibi Bart. in l. 1. C. de cup. lib. 1. 10. & ex dictis per Hippol. in l. si quis viduam col. 5. ff. de quaestionibus. text. & Abb. in cap. fin. de jud. cund. Abb. in cap. 1. de fieris, latè Jaf. in l. fin. C. de indic. vid. toll. Everard. in loco à correlativis, Affli. & in const. Sicil. lib. 3. rubrica 41. vers. eadem pena, in casu enim nostræ legis differens est ratio in emptore, & in venditore, & ideo differens jus debet esse.

Ibi, *A mas de trezientos y diez maravedis.* Hodie novâ pragmaticâ augmentata est hæc summa nostræ legis, & sic pretium taxatum à legibus justum est jam judicandum ita quod jam neque in justitia neque in conscientia licet excedere ab eo. aliter enim excedens venditor punietur ꝑ etiam excessus sit modicus secundum Cæpolum, de simulat. cont. numero 28. pag. 607. in parvis, & Didacum Perez. in quæst. 10. proemiali ad leges ordinam. veteres, & Ant. Gom. in l. 1. Tauri num. 3. & Covar. in c. cum esset num. 6. de testamen. idem Didac. Perez. in lib. 3. Ordin. col. 332. in fine, & Aviles cap. 17. prat. in verbo, à rationales precios, nam secundum eos lex justa & honesta, prout nostra, in conscientia ligat, adeo ut, cum venari in certis mensibus anni vel piscari sit per regias nostras constitutiones in lib. 6. sub tit. de la caza y pesca, infra prohibitum, non licebit absque peccato contra dictarum ꝑ legum prohibitionem venari, aucupari aut piscari, secundum Meneses, in l. per agrum, numero octavo, C. de serv. & aqua, contra quem tamen facit illud quod inquit Navar. in Manuali Hispano. capite 19. numero sexto & septimo, ubi dicit quod non est peccatum ꝑ ludere contra legis dispositionem, nam ibi tractat à numero 36. cum sequentibus pluribus, quod transgressio legis penaliter non est peccatum, de quo & late per Covar. in capite peccatum, 2. parte §. 5. num. secundo, cum sequentibus & in nostrâ legis propositum latissime tractat Mexia, in presenti & ideo in principio publicationis legis nostræ fuit debitum an in conscientia lex nostra obligaret, & tandem ad sedandas opiniones lege regia nova augente pretium panis declaratum fuit obliga-

re legibus panem taxam imponentes in conscientia, & ad restitutionem pretii excessivi, ut in pragmatica anni 1578. curiarum de Madrid. capite 6. videbis statutum, quæ jam in hac compilatione rescripta est inserta, licet ad pœnæ solutionem nullam obligationem imponeret ad eam, scilicet pœnam, quæ est mera pœna, quia pœna non debetur in foro conscientie nisi petatur, ut alibi late in primo diximus tomo. Adeoque lex nostra est servanda quod licentia judicis neque necessitas ꝑ non excusetur ex dicto capite 6. & tenet Aviles, in capite 1. pratorum, verbo, salario, numero 15. folio 50. & Mexia, hic conclusioni 1. numero quinto, ex Bart. & Platea. in l. per hanc C. de eroga. mil. ann. libro 10. etiam si nova necessitate superveniente aliud velit Mexia, ubi supra numero 38. Et an mutare frumentum tempore quo valet decem ꝑ & recipere tempore quo valet triginta, sit usura, tractat Avenda. capite 26. prat. numero octavo, libro 2. & novissime nosser D. Gutierrez, in suis canonicis quaestio. capite 39. numero 54. cum sequentibus aliquibus, & omnes hæc pragmaticæ sanctiones pretium & pœnam augentes sunt in hoc insertæ volumine, ideo eas hic referre non est necesse.

Ibi, *La fanega de cevada.* Et dictis novis pragmaticis pretium hordei est augmentatum ut ex eis videbis, & infra refero.

Ibi, *Lo oya perdidio.* Et sic non ipso jure, ꝑ sed ꝑ sententiam ex dictis per Tiraq. in l. si unquam, verbo, revertatur num. 152. cum sequentibus aliquibus, præsertim cum id clarius colligatur ex novissima & ultima pragmatica panis confiscationem bonorum imponente, & condemnationem requirente, ita ut etiam verbum hoc esset præsertim temporis cum condemnatio requiratur, non erit ipso jure sed per sententiam. Sed an contra hæredes transibit pœna hæc, ꝑ dic quod non, quia non ipso jure, & regulariter pœna in hæredes non transit, ex lex judiciorum ff. de accusat. §. l. 7. §. 23. & 25. titulo 1. p. 2. & ibi glo. & Anto. Gomez, tomo 3. capite 1. num. 78. cum sequentibus aliquibus, & per plures alios. Sed est quaestio singularis, quid si panis ultra taxam venditus ꝑ est consumptus, fiet ejus condemnatio, & Avend. in responsio 33. in propositum l. 19. titulo 11. supra isto libro & sic in simili casu, inquit, tunc non esse locum condemnationi panis amissi, neque in assimilatione ejus, & late circa hæc insinuat, dura tamen videtur mihi ejus opinio & ludricam reddens legis nostræ dispositionem, nam si lex nostra supponit panem esse venditum & in emptorem translatum, nonne clarum est, quod tunc jam non est in potestate venditoris taxam nostram transgredientis, cum ergo non sit, neque tunc legis nostræ pœna locum habere possit. Sed tunc alium tantumdem panem dabit venditor, vel assimilationem panis venditi solvet, quia genus perire non potest, ergo opinio Avend. non est vera, præsertim quia facilliter lex nostra elidi possit, & sic nunquam vidi Avend. opinionem admittam, sed contrariam potius, ut & tenet Mexia, in presenti conclusioni 1. numero 36. Quid tamen si emptor aliquis ultra taxam triticum emat, & ab eo civitas vel depositum publicum vel aliquis habens ꝑ privilegium retrahendi, velit illud pro tanto, an emptor ille à quo retrahitur, incurret nostræ legis pœnam, & dicendum est, non incurere, eo quod ipse non vendit, sed ille, cujus res erat ut in presenti

fenti inquit Mexia, in conclusione 5. num. 28. aliter enim duplici damno afficeretur, primo dem ab eo retrahitur, secundo si puniretur legis nostræ panis, quod ferendum non est, duplici enim onere non est quis afficiendus, ut l. navis §. cum avarum & §. cum ergo ff. ad l. Rhodi. de jact. l. cogi. §. inde queritur ff. ad Trebell. l. jure ff. de jure doti. & ex aliis juris per Mexiam, ubi supra numero 120. allegatis, & hoc est sine dubio. Sed an publicabitur factus casus in quo frumentum portabatur, dic quod non, ut per Bar. & Sal. in l. cum proponas numero sexto & quinto, C. de nautico fenore, & sic confiscata navi ꝑ non censetur confiscata scapha, ut per Ripam de peste titu. de reme. ad cons. urb. numero 131. & Bertrach. de gabellis, ult. parte numero 17. Benv. de navibus 2. parte numero 12.

Ibi, *Ten quanto toca a lo que se vendiere en harina.* Cautè appositæ fuere verba hæc & alia, ibi ꝑ en quanto al pan cozido. Ne daretur occasio dubitandi, an appellacione frumenti vel tritici comprehenderetur farina, vel panis coctus, cum mutata forma ꝑ mutetur substantia, & dispositum in materia non censetur dispositum in materiato, ex text. in l. si convenerit §. si quis ff. de pigno. act. allegata ad hoc, per Marantam, in prat. 2. parte num. 28. & Avend. resp. 33. numero quarto, conclusi 7. nisi secundum Marantam, ubi supra num. 29. Iubis eadem ratio, & quia quod debet dari in pane cocto, non potest præstari in frumento, text. & ibi Bar. in l. 1. C. de frumen. verb. const. libro 11. revenditioque panis non fit in pane cocto, secundum Avend. cap. 19. prat. numero 36. in principio libro 1. & ideo lex nostra omnia hæc expressit. Et an statutum prohibens ꝑ exportationem frumenti extendatur ad farinam, vide Ripam, de peste, titulo de reme. ad cons. urb. numero 43. cum pluribus sequentibus.

Ibi, *Ten quanto al pan cozido.* Vide dicta per me in glo. precedente, debet tamen panis hujusmodi taxari à iudicibus & rectoribus civitatum, prout quotidie fit, & asserit Ripa, de peste titulo de remediis præserva. contra pestem numero 195. & sequent. Et fuerunt hæc verba satis perniciosa rei publicæ à principio, nam facta lege statim imaginatur cautela ad eam illudendam, cum enim in pane cocto plus taxaretur quælibet mensura quam in grano, omnes tam ecclesiastici, quam secularis, decuriones, milites & nobiliores facti sunt malariciis, vulgo malsadores y panaderos, per se vel per interpositas personas, ita ut jam non reperiretur panis in grano, ut dicitur, & hæc de causa noviori lege & taxa panis fuit imposita pœna iis malariciis, quibus secundum qualitates personarum id non conveniebat, ut neque per se vel per alios id facere possent, & quod nullus id genus caritatis exerceret, nisi ille, qui ad hoc publice deputatus esset, & sic cessavit aliquantulum inconveniens hoc, & justè & sanctè fuit provifum, & cum maximo rigore esse adimplendum, & imponenda pœna contra facientibus.

Ibi, *Pedir ni llevar.* Nota copulam illam, ni, habet enim copulativæ naturam, ut diximus in l. 10. gloss. citat. ni emparcar tit. 1. supra lib. 4. quæ quidem eum copulatorum concursum requirat, non sufficit peti majus pretium quam taxatum, nisi sit cum effectu, ita ut recipiatur & petatur, & converso petatur & recipiatur, ut pœna legis nostræ incurrat, secundum quod dixi in gloss. hujus legis, quantumvis Mexia in presenti super hismet

verbis folio 130. col. 4. in medio aliud velit, dicendo dictionem hanc, ni alternative & disjunctive proponi, licet tandem in nostram se inclinet sententiam.

Ibi, *En fraude.* De qua quidem fraude constare debet, probanda enim ab allegante eam, & in ea se fundante, ex l. 1. §. quoribus ff. de proba. & diximus supra in materia campsonum fallitorum. Et sic felum in facti contingencia allegavi pro quodam, qui triticum cum avena & hordeo vendiderat, unaquæque mensura pro suo justo & taxato pretio à lege nostra & tunc communiter corrente, & denuntiatum fuit de ipso ex remedio nostræ legis, & defendi eum ex eo quod lex nostra non præsumit fraudem adeste in vendente triticum & hordeum simul, sed disponit tantum quod in fraudem nostræ dispositionis non vendatur triticum & hordeum simul, & sic probanda est hæc fraus, aliter enim liber erit venditor, & probabitur facillime si vendis triticum pretio nostræ taxæ, & hordeum pretio etiam hic taxato, cum secundum communem usum tunc hordeum minori pretio quam taxato venderetur per omnes, vel ex aliis modis & conjecturis ex quibus fraus præsumi possit, nam licet nostra taxet pretium hordei, multoties valet minus ob abundantiam, & triticum non reperitur, & ut des triticum emitur à triticum & hordeum pretio taxato, cum hordeum minus valeat, tunc enim clarum est, quod vendis triticum majori pretio, & defraudas legem nostram, sed si unaquæque res jure & communi pretio esset æstimata, id non reprobat lex nostra, & sic omnino fraus est probanda neque est presumenda ex eo solum quod triticum & hordeum infimal vendidisti, & per consequens debes probare & allegare, quod pretio justo & communiter tunc corrente vendidisti, & denuntiator si velit obtinere contrarium debet probare, aliàs non obtinebit, imo si non probaverit, etiam si tu nihil probes, liberaberis, quia actore non probante etiam reus nihil præstiterit, obtinebit & in dubio intelligendum est omnem actum licite fuisse factum nisi contrarium probetur, ex singulari doctrina Bar. in l. non solum §. j. de pign. & de novi oper. numi.

Ibi, *An si clericos.* Nam ratione publicæ & communis utilitatis etiam clerici compelli possunt ꝑ facere & contribuere pro conservatione publica, ut diximus in l. 11. tit. 3. lib. 1. supra, & me referens D. Salzedo, in addit. ad prac. Ber. Diaz, c. 55. p. 170. ad fin. cum seq. & latissime Mexia in presenti plura referens, & optime per Rebus, in 1. tomo const. Fran. tit. de costit. ut in proemio. gl. 1. n. 55. cum seq. & an talis clericus possit tunc puniri per secularè vel ad ecclesiasticum iudicem sit recurandum ex dicto per me ubi supra & D. Saleedo ubi supra tenendum est ad iudicem Ecclesiasticum esse recurandum pro punitione talis clerici contravenientis legi nostræ, & severe esse puniendus & cum rigore, ecclesiastici enim magis tenentur publicis necessitatibus ꝑ subvenire, quam laici, hoc enim est eorum peculiare officium: c. denique 4. dist. cap. 1. & seq. 24. dist. & sic ex c. 1. de empir. & videntem videtur statutum, & tradit Minchaca de successio. crea. c. 22. numero 59. in fi. & controversiarum usufrequentium cap. 5. per totum.

Ibi, *Sean obligados a lo vender luego.* Ratione enim publicæ utilitatis, & ob mendandam ꝑ necessitatem,

tem, compellitur quis vendere, ad limitationem
 tex. in l. nec emere C. de iure delib. & l. invitum
 C. de contr. emp. & l. 3. tit. 5. p. 5. probantia, nul-
 lum invitum cogi posse vendere rem suam, nam
 cum consensu perficiatur emptio & venditio, ut
 l. 2. C. de contr. em. l. 1. tit. 5. p. 5. deficiente consen-
 su, nihil fieri dicitur, & sic invitus quis non com-
 pellitur vendere, fallit tamen publice utilitatis
 causa ex textu nostro expresso ad hoc, de quo agitur
 in decis. capel. Tolos. 446. & ibi Addit. & Franc.
 Marc. in decis. Delph. 540. num. 45. & 541. quod
 licitum est tunc rectoribus populi horrea visitare,
 & in decis. 542. numero 5. inquit ipsemet Fran.
 Mar. Ecclesiam etiam compelli posse ad venden-
 dum tempore carissime: Et hanc & alias limita-
 tiones ad dictam regulam videre poteris per Socin.
 in Regul. & Falleniis, reg. 435. & Anto. Go. 102.
 e. 2. num. 51. & in plus octoginta casibus limita-
 rant eam DD. relati per Orosci. in l. 1. colu. 273. ff.
 de offi. arb. & pro dicta limitatione publice utili-
 tatis est etiam tex. in l. si quis sepulchrum, ibi preses
 etiam ff. de religi. & sumpt. fun. quem ad hoc al-
 legat Cereola de serv. urban. c. 2. num. 4. & 5. &
 Hipp. l. 1. §. cum qui numero 2. ff. de quaestionibus &
 Bar. in l. nam enim & ibi glo. ff. verum unot. & per
 21 consequens favore religionis, ex l. si qui inuilit.
 ff. de religi. & sumpt. fun. & optime per Covar. in
 lib. 3. vari. c. 14. per totum, & Alvar. Velausca, in
 consil. suis c. 22. debet tamen tunc iusto pretio
 vendi, & dari, secundum Bar. in l. 1. in si. C. ut
 nomi. lic. ab emp. spec. se excus. lib. 10. & Additio.
 eisdem Bar. l. 3. in fin. Cod. de iuri legul. lib. 11. &
 Covar. in libro 2. vari. cap. 3. numero 5. limita-
 tiones etiam ad dictam regulam vide per Dida.
 Per. in l. 2. col. 713. in prin. tit. 23. lib. 2. ordi.
 in lib. 1. col. 315. in prin. Et nota quod si quis vltro
 se adstringat vendere per promissionem, & debet
 23 cogi vendere etiam in casibus ubi aliis non cog-
 eretur, secundum Jas. in l. si penam num. 2. fol.
 96. ff. de verb. obli. per tex. ibi. Cautela tamen una
 24 solet praestari ut tu cogaris vendere partem tuam
 quam habes in re aliqua, scilicet, quod tibi ha-
 bentem partem illam ego mandem vel rogem ut ab
 habentibus aliis artes tecum in fundo vel alia re,
 emas eas pretio iusto vel arbitrio boni viri decla-
 rando, nam si tu emis mihi partes illas iusto pretio,
 vel arbitrio boni viri declarando, potero te cogere
 ut tunc tuam vendas pretio iusto, secundum Jas.
 in l. si ita quis §. Scia num. 5. in si. fol. 190. ff. de
 verb. obli. ut tamen ad institutum revertatur,
 25 vendere quis cogitur ubi annonae inopia & quis
 premitur, secundum dictos DD. & Anto. Go. 10.
 2. c. 2. num. 51. vers. 2. casus, & Aviles c. 17. praet.
 a razona les precios num. 12. & n. 4. §. 6. 16. 32. &
 34. quod omnes extendunt ad ea omnia, quae vi-
 ctui necessaria sunt, ut per Benvenut. de mercat.
 rur. 4. par. n. 51. Ripa de pest. tit. de remed. pre-
 serva. contra pest. num. 187. & seq. 195. & seq.
 Idque iudices & reipub. administratores facere
 tenentur, ne ex inordinata civitatis administra-
 tione penuria & carentia victualium adveniat,
 ut admonet Bart. in l. 1. C. de frum. arb. const. lib.
 11. Ripa ibi supra, tit. de remed. ad conser. uber.
 n. 1. & hac de causa possunt compellere rusticos
 & agricultores venire ad civitatem cum victua-
 26 libus, & ex tex. in l. 2. ff. de mundi. Aviles c. 17.
 praet. verbo, & racionales num. 20. debet tamen
 curae esse ne tales rustici diu in civitate maneant,

sed ut in o revertantur ad opera rustica, ne cultu-
 ra deceratur, & quae portatur victualia apud ali-
 quem deponantur ad id deponatur, secus si volun-
 tati venerint, ut explicat Rip. ubi sup. tit. de remediis
 praeservat. contra pest. n. 2. 5. & Aviles ubi supra. n. 2. 4.
 & Avend. plura circa hac dicens in c. 19. praet. n. 35.
 per totum lib. 1. lmo hoc tempore si civitas vel popu-
 lus ex publico habet unde emat frumenta vel victua-
 27 lialia, quia non reperiuntur, emet ea pro provisione
 necessaria, ut l. 1. §. 2. & seq. ff. de adm. verum ad
 civit. pertin. sin autem Resp. neque praedia neque
 nummos annuos possideat, nec ararium, & urgeat
 fames vel speretur collecta civibus, ab admini-
 stratoribus civitatum seu a correctore imponi
 poterit, licet regulariter collecta sit prohibita &
 imponitur pro modo facultatum cujuslibet, ut
 frumentum, vel alia emantur victualia necessaria
 pro penuria & necessitate reparanda, ne fame
 pereant pauperes, sine quibus perfecta Resp. vel
 civitas esse non potest, secundum Bart. in d. l. 2. ff. de
 mundi. & quoniam tempore famis & belli alias
 prohibita permittuntur, & silent privilegia l. pro
 tyrionibus C. de privileg. Dom. Augul. lib. 11. & Cice-
 ro lib. 2. offi. affirmat, non esse dubium, quin propter
 ararii tenuitatem tributum sit conferendum, ut
 omnes intelligant pro salute reip. necessitati favendum,
 idem voluerunt Lucas de Penna, & Platea,
 n. 2. & 3. in l. 1. C. ut nem. lic. ab emp. spec. se excus. l.
 1. Rip. de remed. praeservat. contra pest. n. 182. & se-
 quent. Aviles, ubi supra n. 33. vel melius erit & secu-
 rarius in tali necessitate ditiores civitatum & popu-
 lorum compellere mutare pecunias necessarias pro
 reparanda necessitate & penuria frumenti vel vi-
 ctualium, arg. l. 1. C. de omni agro deser. lib. 11. Aviles,
 ubi supra n. 33. in fine, & Avenda, alios allegando
 in d. c. 19. praet. num. 34. lib. 1. ubi ampliat ut & etiam
 nobiles, & fidalgii ad id compelli possint, idem
 Avend. in c. 14. praet. nu. 9. lib. 2. & tunc secundum
 eum ibi non unus vel duo sunt compellendi mu-
 tuare, sed omnes generaliter: habita vero pecunia
 ad hoc iudex & decuriones solent nominare & per-
 28 sonas, ut vadant ad emendum necessaria pro pro-
 visione, nen poterit quis ab hac nominatione se
 excusare, secundum Plateam in d. l. 1. nu. 3. C. ut ne-
 mi. lic. in emp. spec. se excus. lib. 10. cuique poterit sala-
 rium constitui absque iustis principis l. 1. C. de frum-
 en. arb. Alex. lib. 1. licet aliis non possint decu-
 riones salarium constituere de pecunia publica
 absque licentia principis, ut diximus in l. 13. tit. 9.
 lib. c. supra nu. 4. possunt etiam ad portandum fru-
 29 mentum & victualia & fumere animalia singu-
 lorum secundum Bart. in l. jubemus nullam C. de sa-
 crof. eccles. quod non aliis fieri permittitur quam
 soluto pretio ex publico, iuxta tradita per Jas. in l.
 Barbarius nu. 36 & seq. ff. de offi. praet. & Aviles, ubi
 supra n. 32. in fine, ubi n. 20. inquit non solum comi-
 tatenfes posse ad hoc compelli, ut notat Bart. in l.
 pro locis C. de anno. & tribu. lib. 10. & Rip. d. tit. de
 remed. praeservat. contra pest. n. 190. & 191. & 192. veruna
 & vicinos alterius provinciae ex Angel. in d. l. pro lo-
 cis, possuntque etiam Decuriones taxare quantum
 & panis cocti vendendum sit quolibet die, ut per
 30 Avend. ubi supra nu. 35. in prin. vers. item stante, &
 diximus in tract. de Decurio l. 2. c. 18. in additionibus.
 Ibi, De unos lugares a otros. Aliqui prout est ut
 Mexia, in praesenti conclus. 5. n. 131. & seq. id intelli-
 gebant dummodo remaneret provisiva civitatis vel pro-
 vincia a quibus triticum & frumentum extra-
 hendum

De la tasa del pan. Ley II.

hendum esset, neq; obstat l. 2. s. r. 18. lib. 6. infra,
 quae contraria ad hoc videbatur & lex nostra, nam
 secundum hoc declaranda sunt, & secundum hoc
 vidi determinatum per chancery regiam, &
 alii vero ex dicta l. 28. & ex nostra dicebant libere
 & sine exceptione aliqua esse permittendum ex-
 trahi frumentum de una civitate in aliam, & de
 una in aliam provinciam regni, & ad hoc vidi plu-
 res regias provisiones concessas in supremo regni
 senatu, licet ibi non recordor vidisse declaratio-
 nem factam circa hanc difficultatem, mihi tamen
 semper placuit dicta limitatio ad dictam l. 28. &
 nostram, semota tamen fraude, nam charitas bene
 ordinata si ipsa debet incipere, neque est coope-
 riendum unum alare ut alterum discooperiatur
 & sic data eadem necessitate praesertim civitatem
 & populum a quo extrahi praetenditur frumen-
 tum praesertim ex lege 18. & ibi per nos dictis, tit.
 11. supra isto lib. & quia licet in frumento extra reg-
 num deducendo inquit Avend. d. c. 19. praet.
 num. 35. vers. pen. lib. 1.
 Ibi, Las leyes de nuestros reynos. Scilicet d. l. 28. tit.
 13. lib. 6. infra, in glo. precedente allegata.
 Ibi, T no fueran dellos. Nisi ex magna necessitate,
 secundum Mexiam, hic d. concl. 5. n. 133. & seq. dum
 tamen regnum prius remaneat provisum, ut dixi
 ex Avend. d. c. 18. praet. num. 35. vers. pen. lib. 1.
 ad declarationem tituli 25. 26. 27. & 29. tit. 18.
 lib. 6. infra.
 Ibi, En las leyes de nuestros reynos Scilicet in di-
 ctis leg. 26. & 27. tit. 18. lib. 6. infra: Et an si triti-
 cum mutuatum non solvatur & in termino, possit
 32 peti majus pretium, vide Afflicis, decis. 316. Et pro
 dec aratione pragmatica novae aurentis pretium
 ad undecim aureos regios, ad capitulum ejus im-
 ponens penam coctoribus panis, qui non solent
 officium habere vendendi panem coctum, vulgo
 panado os, vide declarationes optimas per Mexiam,
 hic, folio 139. numero undecimo, ubi eam optime
 declarat ut procedat, quoties majori pretio quam
 tassato ii panem coctum venderent, tunc enim
 incurrerent penas ibi declaratas.

IN LEGEM SECUNDAM.

Ultra tassam panis in lege precedente postam
 post peti itineris iura in lege nostra expressa.

SUMMARIUM.

- 1 Testimonium frumenti tritici avene vel hordei
 continentis pretium quod emptum est an debeat
 praesentari antequam vendatur, vel sufficiat
 eo vendito praesentari ad excusandas penas.
- 2 Gerundium adjectum verbo futuri temporis
 conditionem inducit.
- 3 Conditio implenda ante tempus tacitum post
 tempus illud impleri potest. & si tempus
 non est tacitum neque expressum quandocumq;
 ibidem.
- 4 Conditio impleri quoties non est necesse in
 specifica forma, sufficit quandocumque & per
 aequipollens.
- 4 Solemnitas modica non est spectanda, & quae
 dicitur talis.
- 6 Pena ubi est imponenda pro mora vel culpa
 non incurritur nisi praecedat monitio.
 Azevedo in Recopilationem Tom. III.

7 *Premium constitui potest frumentum aut velti-
 galia afferentibus tempore inopia.*

Ibi, *Seys maravedis por legua.* Ex nova pragma-
 tica Madriti facta anno 1582. augmentata
 sunt jura haec in hunc modum. *Permitimos, y
 mandamos que desde el dia de la data desta nuestra
 cavia en adelante, en el entretanto que fuere nuestra
 voluntad, se pueda pedir y llevar por los portes,
 y acarretos del trigo, cevada y centeno, avena
 que vinioren defuera parte a las dichas ciudades
 villas, y lugares, hasta diez maravedis por legua
 de cada fanega de trigo, y centeno, y hasta ocho
 por legua de cada fanega de cevada y avena,
 guardando en todo lo demas el tenor, y forma
 de las dichas leyes, y pragmatics. Qua est nos-
 tra, y so las penas en ellas contenidas, no con-
 sintays yr ni pasar contra ellas, y lo en esta con-
 tenido, &c. Dada en Madrid a doze de Março
 de 1582. años.* Et eo die ibidem fieri publica-
 ta, & in aliis locis ibidem publicare jubetur.
 Ibi, *Presentando el testimonio.* Si petatur, viderit
 intelligendum, ex quo dubitari vidi, si tempore
 venditionis non demonstretur & testimonium,
 si venditio perfecta & denuntiatione facta de-
 monstratur an excusabitur venditor a pana, &
 videtur quod non, nam lex hac praesentationem
 requirit per verbum gerundii, praesentando, ad-
 jectum verbo praecedenti futuri temporis, pueadan
 pedur, y llevar, quo casu & conditionem gerun-
 dium importat & inducit, secundum Bart. in l. si tu
 ex parte ff. de acquir. heredita. maxime si in ablative
 absoluto ponitur, nam & tunc qualificat verba
 quibus adicitur, ut per Berach. in reperior. verbo
 gerundium, versus fin. ergo ante venditionem vel in
 ipsa venditione debet testimonium praesentari
 nam in specifica forma debet impleri conditio,
 ut l. qui heredi, & l. Nevius ff. de condi. & demonstra.
 in contrarium tamen facit, primo quia conditio
 & implenda ante tempus tacitum, post illud
 impleri potest, quod si tempus non est tacitum
 neque expressum quandocumque iusticiae adim-
 pleri, secundum Bal. in l. si plures, pen. col. vers.
 queritur ulterius, C. de conat. infer. per Bart. in l. hec
 conditio, la 2. ff. de condi. & demonst. & in l. si quis in-
 stituatur §. 1. in fine ff. de hered. instir. in praesenti vero
 tempus non est expressum, sed tacitum, quia tacite
 inest statim quod veniunt vendere, ergo post vendi-
 tionem monstrari potest & sufficit, si ante non
 petatur, item & quia quotiescunque idem effectus
 resultat, quod conditio specificie impletur;
 vel per aequipollens, non est necesse impleri & in
 specifica forma, secundum Everard. in loco ab aequi-
 pollentibus, pag. 6. in parvis, vers. una est quod.
 Sed hic datur eadem ratio quod ante vel post vendi-
 tionem praesentetur testimonium, si secundum
 illud pretium apparet iuste taxatum, ergo idem ius
 dicendum est, & modice solemnitas & non est
 eurandum, secundum Bart. in l. cum ii §. si praetor.
 ff. de transact. & Alex. in l. iuris gentium §. quod fere.
 ff. de pati. ubi quae dicatur modica solemnitas, &
 ubicunque de innocentia apparet, innocens est
 absolvendus. Et quia ubi pena est imponenda
 pro mora vel culpa in non faciendo commissa
 & nunquam committitur, nisi praecedat monitio,
 6 secundum Innocen. in c. extirpanda §. quia vero,
 columna fin. de praeben. Bart. & Jas. numero 9. in l. 1.
 C. de iis qui v. indig. Fel. in c. fin. autem col. 2. de ref.
 M m m erip.

ripam l. ita stipulatur, numero 3, ubi Alex. numero 3. & 4. ff. solut. mat. Dec. conf. 37. num. 5. optimè Felin. quatuor modis declarando in c. 2. de magistris, ergo antequam ab eo petatur testimonium, non incurrit poenam, si postea illud demonstrat venditor panis, & iuste secundum illud fuerit taxatum pretium pro quo fuit venditio facta, & sic verba nostri text. & pragmatica novissime facte, possent intelligi, si petantur testimonia, non vero aliàs poena nostri text. incuratur, ex dictis per Hippoly. in pract. §. nunc videndum numero 15. cum 6. sequentibus, & his de causis vidi semel iudicem quendam in syndicato, condemnatum in restitutionem certi frumenti, eo quod quendam condemnaverat quia testimonium de quo in lege nostra non fuit demonstratum ante venditionem, licet post eam sic, neque excessum in pretio à taxa legis nostrae & testimonii illius, & iuste fuit hæc condemnatio contra iudicem hunc facta, cum non deberet aliud quam veritatem attendere, & innocentem absolvere, licet attentis verbis novissime pragmaticae anni 1582. Ulispone per Regem nostrum facte, in qua ad 14. regios aereos fuit pretium tritici augmentatum, & hordei & similibus specierum difficulter id jam obtineretur, nisi apud æquos & superiores iudices, nam inquit pragmatica in hoc propositum. *T los que con otros testimonios, que no sean de la forma y orden de sus referida, y sin hazer la presentacion del en la forma y manera que las dichas pragmaticas disponen vendieren algun pan, y llevaren algun precio, por tales partes y acarreos de mas, y aliende del precio del dicho pan cayen y incurran en las penas, &c.* Ergo pro prima opinione est tex. expressus, de quo latius cogitabis, & semper prius quam vendas consulto ut testimonium hæc præsentens, servando formam dicte novissime pragmaticae.

Ibi, Sean bien tratados. Imo & præmium eis constituitur posset ex l. 1. c. de frument. urban. Alex. exemptionem promitti posse colligitur ex l. 1. c. de mod. vend. libro 10. & l. 1. ff. de mund. ut advertit Ripa, de peste titul. de remed. præservat. contra pestem, numero 193. & 194. quod quidem præmium ego non reciperem, nam esset ultra taxam, neque promitterem si iudex essem, cum non possem super dicta pragmatica dispensare, ut in ea dicitur, etiam si Matienço hic, in glossa sin. simpliciter cum relatione dictarum legum transierit.

IN LEGEM TERTIAM.

Augetur pretium cuiuslibet faneca bordei.

Ibi. A ciento, y ochenta, y siete maravedis. Per dictam pragmaticam novissime Ulispone factam dicto anno 1582. Augetur, la fanega de lacevada a seys reales, y la del trigo a caorze reales, y la fanega de ceneno a ocho reales, & augetur etiam poena contravenientibus ejus dispositioni, ut ibidem videbitur, quæ fortassis dehinc in regia hac recopilatione inseretur, sicut aliæ sunt insertæ, & ideo hic ad litteram non refero, quibus liber hic quintus, & nostræ recopilationis prima pars finitur ad laudem omnipotentis Dei ejusque beatissimæ Mariæ matris, & beati Thomæ cuius festum cras celebramus hoc an. 1571. Alia plura consulto o-

mitto, quoniam supra dicta pro vera legum declaratione, & textualium exornatione sufficere videntur, & hæc omnia si quotidiana negotiorum occupatio locum præbuerit, multo antequam Matienço, in publicam producere possem, verum, ut à principio rem inciperem, omisi ne videret ea, quæ à multis lecta & commentata erant prout sunt leges Tauri & Fori plures, quæ in hoc libro 5. insertæ sunt, commentare velle aliorum scripta referendo, & libros quatuor præcedentes quasi orphanos relinquendo, cum materia eorum, & præsertim libri quarti necessarissima essent, & per neminem declarate perfecte & sub ordine. Omnia subijcio correctioni sacrosanctæ matris Ecclesiæ, gloriam vero soli Deo tribui volumus, cui soli debetur & sine ipso factum est nihil.

Ad legem 3. tit. 2. lib. 3. recopil. ubi posui in n. 2. Matrem non posse meliorare filios in arthris vel in aliqua parte earum, sed omnino servandas esse filios, ubi in sin. illius gloss. dixi quod contra Tullum mihi tenendum videbatur, adde, nam hæc opinio clarissime ex lege nostra colligitur, quæ cum sit ex legibus Tauri, casus magis difficilis videtur decidere, sed casum magis difficilem, & dubium lex nostra designavit esse quoad artharum dispositionem, quoties mulier nullos filios reliquit, & tunc inquit text. hic, quod possit mulier de arthris expresse disponere, ergo tanquam casum minus dubium reliquit lex nostra, cum mater filios reliquit, ut scilicet tunc neque expresse ponit de arthris disponere, sed filii æqualiter reservari, & per consequens nec meliorare, & sic lex nostra expressa est, pro opinione Roderic. Suarez, & Pala. Rub. & Ant. Gom. & Alvarado, & Angulo, ubi supra, sive mulier hæc transferit ad secundas nuptias sive non, nam cum transit ad secundas nuptias, nulli dubium nisi quod tunc meliorare unum ex filiis non possit secundum supra dictos, & verissimum testatur Molina in lib. 2. primogen. cap. 10. num. 62. ubi idem de vestibus pretiosis atque lecto quotidiano & similibus dicit, sed ubi non transit ad secundas nuptias quamvis ipse Molina ibi n. 64. sequatur Tell. contra Rodericum Suarez, & quamvis novissime Gutierrez, in pract. quest. 18. etiam contra Suarez tenet dicens veriore esse, & tenendam opinionem contra Rodericum Suarez, plus iniquens scilicet, quod etiam sub generali melioratione censetur melioratio etiam facta de parte artharum sicut de aliis bonis, tamen salva eorum pace maturius nunc considerando teneo contra eos cum Roderico Suar. & sequacibus, & veriorum puto eorum opinionem in puncto juris, ex dictis fundamentis per me consideratis. Item etiam quia si supradicti Doctores ad verstantes opinionis Roder. & sequacium, fatentur quod si mater hæc transeat ad secundas nuptias, tenetur filii matrimonii illius ubi arthæ intervenierunt reservare eas, neque potest tunc unum vel duos ex filiis meliorare, quamnam potest esse alia ratio, quam quod dicte arthæ sunt dictorum filiorum, & eis à lege reservantur: si ergo suæ sunt, sicut neque de aliis eorum bonis non possit disponere, ita neq; de iis, aliter enim si uxor essent, car non de eis posset disponere & meliorare sicut de aliis suis propriis, etiam si ad secundas nuptias transferet, & sic licet matris sine arthæ, quoad usum fructum sunt non vero quoad proprietatem,

proprietatem, sicut & sunt alia bona, quæ mater à filiis & eorum respectu habuit sua quoad usum fructum non vero quoad proprietatem. Neque iis obstat dicere quod lex fori, in qua Rod. & sequacibus fundant, non est in hoc regno usitata, nam ultra quod, ut dixi in principio hujus questionis, lex illa fori per regias nostras leges videtur approbata, cum in eis inseratur major pars dicte legis, etiam si hoc deficeret fundamentum, de jure communi fundat optime suam opinionem Rodericus Suarez, ubi supra, & non habemus legem contrariam de jure communi, ergo tenenda est opinio Roderici, præsertim cum ex textu nostro probetur per argumentum à contrario seu u, dum dicit, non ovire, ergo è contrario si filium habuerit, secus erit, & sic est nostra lex expressa pro hoc, nam id quod per argumentum à contrario sensu deducitur, apertissime dicitur constare ex voluntate disponentis, si quis loquatur, in sine ff. de manum. test. & anum dicens aliud excludit, & non de presumptionibus, l. cum pretor. in principio. ff. de judic. præsertim quod si aliud esset, elusoriam poteramus dicere esse legem nostram, nam cum generalis sit, & indistincte loquatur, & indistincte sit intelligenda, ut ejus dispositio procedat, sive mulier ad secundas nuptias transeat sive non, ut in utroque casu possit expresse disponere de arthris, si filios illius matrimonii non habuerit, ergo nisi dicamus legem nostram disposuisse, quod si filios habuerit, non possit etiam meliorare unum ex eis disponere de arthris quantumcumque ad secundas non transeat nuptias, elusoria est nostre legis dispositio, neque necesse erat cum condere si idem esset dicendum etiam si filium haberet, dum non transeat ad secundas nuptias, posse disponere de arthris & meliorare, & sic legislator velle negari diceretur, imo hoc modo asseritur contra legis nostræ dispositionem tenendo opinionem contra Roderic. Suarez, & sequaces, & sic meo iudicio vera est opinio Roder. contra Telli. Molin. & Pelæz, & Gutier. ubi supra contra quos cum Roder. tenent Pala. Rub. Ant. Gom. Alvarado, ubi supra, & Gomey Arias, l. 51. Tauri. cum quibus & ego teneo. Idque præmaximè verius esse & sine dubio teneo quoties mulier hæc non dicit expresse meliorationem, quam facit uni ex filiis, velle esse etiam extrahendam de arthris, sed generaliter meliorasset in tertio vel quinto vel in utroque, nam tunc de arthris non censetur meliorasse etiam in casu in quo teneremus opinionem Telli & sequacium contra Roderic. & cum sequentes, idque deducitur ex lege nostra, dum in casu in quo permittit mulierem hanc de arthris posse disponere, ita demum permittit si expresse id dixerit & disposuerit, quali secus si non expresse, cum tunc intelligendum sit noluisse arthas tollere hæredibus suis, & sic in generali melioratione & dispositione dixit Alvar. ubi supra, etiam si Gutier. ubi supra, aliud velit etiam in generali, quod videtur contra nostram legem, & sic possit concordari dicte opinionem contrarie scilicet, quod prima Roderic. intelligatur quoties mulier in viduitate permansens generaliter filium aut filios illius matrimonii in quo arthæ intervenierunt generaliter meliorat in tertio & quinto suorum bonorum; Telli vero opinio procedat quoties meliorat in 3. & 5. ita ut expresse velle meliorationem hanc etiam ex arthris deduci, quasi expresse tunc plus operaretur in Recapitationem. Tom. III.

retur quam tacitum, prout ex lege nostra describitur, & est mea & nova concordia, licet mihi indistincte videtur tenenda opinio Roderic. & sequacium etiam in casu in quo mulier ad secundas nuptias non transit. Neq; jobitabit ut omnia periclitamur hæc nostre opinionis lex 52. Taut. quæ est sequens, ubi dicitur, quod si in matrimonio sunt arthæ, potest mulier eas eligere, & relinquere jocalia, sed jocalia sunt sua, ergo & arthæ, & sicut de jocalibus disponit, ita & de arthris, nam licet lex hæc mulieri huic electionem hanc dimittat & relinquat, ita est censendum reliquisse non ut mutet artharum qualitatem eis à lege attributam, ut scilicet non acquirantur matri quoad proprietatem, sed tantum quoad usum fructum, & sic non sine mysterio lex hæc, 52. Tauri dum de jocalibus dixit, disposuit ea uxorem acquirere & sua esse, dum vero de arthris meminit non dixit, quod sua essent, sed quod existentibus arthris in matrimonio esset in electione mulieris eas, vel jocalia eligere & ex hoc non videtur lex parificare arthas cum jocalibus, ut sicut jocalia sunt uxoris ita essent arthæ neque tale quod potest colligi ex dicta lege, imo potius contrarium, nam in electione lex illa mulieri constituit, tum ut videat si arthæ essent majores, tum ut videret an sibi esset utilius arthas eligere, de quibus disponere non poterat filios habendo illius matrimonii, vel jocalia de quibus disponere poterat, & sic fundamentum nostre legis 92. in quo Tellius magnam vim facit, nullam intelligo efficere pro sua opinione, sed potius contra eam.

IN LEGES QUARTAM ET QUINTAM.

Tassa panis nova & novior ponitur in iisce duabus legibus, & novus ordo datur in tritico, & farina, & pane cocto, & augetur poena contra transgressores, & factores, & miscentes triticum cum alio semine, vel illud inundantes.

SUMMARIUM.

- 1 An ista lex tanquam præceptiva sit servanda in foro conscientie & quibus modis dicatur legare. num. 2.
- 2 An triticum venditum in foro publico minori pretio possit in conscientia foro vendi pretio hujus taxæ, necne?
- 3 An clerici & Ecclesiastici teneantur ad hujus legis observantiam.
- 4 Emens triticum ultra taxam potest petere contra venditorem, ut condemnetur in hujus legis panam.
- 5 Ultra triginta dies potest emptor repetere exactam sibi ablatam.
- 6 Taxatur quantitas ultra taxam in pane cocto, & quomodo sit faciendum.
- 7 Interpretatur l. ista, qui antea erat in nova Recopil. & referuntur ejus verba ad litteram.
- 8 Vicini non deputati per correctorem non possunt vendere in pane cocto ultra taxam hujus legis & bene discutitur.
- 9 Que consideratio ha de tener en el precio en que han de vender los vecinos de su cofradia, y las albondigas, y panaderos diputados para este efecto.